Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



372 372

egregabo nos de omnibus terris et effundam super nos aquam
mundam et mundabimur ab omnibus inquinamentis vestris
et dabo vobis spiritum novum Ps Benedicam dominum in omni
tempore semper laus eius in ore meo Gloria patri et filio. Coll.
Deus cui omne cor patet et omnis voluntatis loq-
tur: et quem nullum latet secretum: purifica per
infusionem sancti spiritus cogitationes cordis nostri:
ut te perfecte diligere: et digne laudare mereamur
Fratres Unicuique Ad Corinthios Pauli de
datur manifestatio spiritus ad utilitatem Alii
quidem per spiritum datur sermo sapiencie: alii sermo scien
cie: secundum eundem spiritum: alteri fides in eodem spiritu.
alii gratia sanitatum in uno spiritu: alii operatio virtutum.
alii prophetia: alii discretio spirituum: alii genera
linguarum: alii interpretatio sermonum Hec autem
omnia operatur unus atque idem spiritus: dividens sin
gulis prout vult Graduale Beata gens cuius est dominus
deus eorum populus quem elegit dominus in hereditatem sibi V. Verbo
domini celi firmati sunt et spiritu oris eius omnis virtus eorum
Alleluia V. Emitte spiritum tuum et creabuntur et renovabis
Sancti. Dixit dominus ie secundum Johannem. Facem terre
suis discipulis suis Hoc in hoc clarificatus est pater
meus ut fructum plurimum afferatis et efficia
mini mei discipuli Sicut dilexit me pater: et
ego dilexi vos Manete in dilectione mea: sicut
et ego patris mei precepta servavi: et maneo in
eius dilectione Hec locutus sum vobis: ut
gaudium meum in vobis sit Et gaudium vestrum imple
atur Off. Benedicite gentes dominum deum nostrum et obaudite
vocem laudis eius qui posuit animam meam ad vitam et non
dedit commoveri pedes meos benedictus dominus qui non amovit